



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

7. Svbdidit Imperio Se Theodore Tvo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

sito Werdensi, Bernardo & Ioanne fratribus suis, vendidit Ruperto Episcopo Paderbornensi An. 1391. in Octava omnium Sanctorum. Ab ijsdem tamen fratribus jam ante Simoni Episcopo Paderbornensi venditam fuisse, indicant litteræ antiquæ Ann. 1384. Craftino decollocationis S. Ioannis Baptista datæ, in quibus fatetur Simon Episcopus se Wevelsburgi arcem & dynastiam *cum parochijs Bodeken, Kerchberge, utriusque Tudorpe, villis Haren, Ettelen, cum omnibus proventibus & hominibus, in Graffem, Borchler, Holthus prope VWevelsborg, Adene, Tedekenlo, Hoyerinchus, Alberinchus, Aldenbodeken, Vulferdessen, Tyndelo, Knyckenhagen, Suvafern, Eldynchusen, Meyngerinchus, item parochia Elren, Dalhem, Nutzelen, cum pagis eò pertinentibus, Elren, Hatope, Syrekeffen, Snedelde, Verste, & Bokelen, excepto Bodene, à Simone Burano, ejusque fratribus coëmptam, Friderico de Brencken militi, pro quadringentis & viginti quatuor marcis argenti puri, obligasse pignori; quod postea Ericus Episcopus Paderbornensis An. 1513. die Lunæ post S. Kiliani extinxit, & VWevelsburgum Bernardo & Ioanni nobilibus de Büren pro 2936, aureis Rhenanis iterum oppigneravit.*

7. SVBDIDIT IMPERIO SE THEODORE TVO. Theodorus Furstenbergius Episcopus ac Princeps Paderbornensis An. 1589. 9. Aug. Ioanni seniori & Ioanni juniori Dynastis Buranis, 3536. aureis Rhenanis numeratis, VWevelsburgum Ecclesiae suæ demum recuperavit, atq; arce inchoata An. 1604. & An. 1607. absoluta, proprio sumptu 36000. nummorum imperialium, haud computatis eorum operis ac vesturis, qui jure angariarum illas præstiterunt, forma triangulari, specie sane visenda atque magnifica exornavit, addita hac inscriptione, quæ in atrio conspicitur.

Q.D.

Arx

*Arx cum districtu patulis in honora ruinis  
In Theodori usum Praesulic illa venit.  
Ære suo primus titulum qui informat in anem,  
Et valida muros exhibet artenos.  
Furstenbergiaca Princeps decus inclyte stirpis  
Sedi hoc, quo caruit, tradere pergetue.*

Ioannes Horrion elegis Panegyrico Paderbornensi subjectis VVevelsburgum instauratum ita celebrat.

*Inde VVevelsburi solidus domus ardua saxe  
Nubila sublimi culmine celsa ferit:  
Hæc olim à priscis (fama si credimus) Hunnis  
Post varios Dominum Te fibilegit heros.  
Nunc Te digna domus, sed erant magalia nuper  
Penè ruino semisepulta situ.  
Circum Chaonia texunt umbracula querens,  
Sylvaque vicinas occulit alta feras.  
Quasque sub hospitijs celat frondentibus arbos,  
Plurima lascivo gutture vernat avis.*

8. INTACTAS SINERET GOTTHICVS  
IGNIS OPES. Anno 1646. hostilis Suecorum exercitus, dum Paderbornam obsidione cinctam III. Non. Maij expugnat, VVevelsburi arcem praesidio Cæsareo firmatam eodem impetu capit, vastat, exurit. Quam deinde Theodorus Adolphus de Reck Episcopus ac Princeps Paderbornensis laudatissimus majorem partem restituit, sed morte praæceptus non absolvit.

Ejus rei memoriam conservat arcis vestibulum hac epigraphic exornatum.

*Theodorus. Adolphus. Dei. et. Apostolica. Sedis. Gratia. Episcopus. Paderbornensis. S. R. I. Princeps. &c. Comes. Pyrmontanus*

S 2

Haus